

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia ad (1)
cum fonte primo

Demonum habitaculum fit quisque
in hoc seculo qui
propter diuicias et honores laborat,

quas postquam consecutus est tradit se luxurie,
ut que auaricia congregauerit, luxuria consumat.

Gregorius ibidem (in omelia).

Aethiopes tetri et amantes tenebras
et ab omni luce alieni,
qui draconis carne uestimentur, de quo scriptum est:
Dedisti eum escam populis Aethiopibus;
daemones intelleguntur quorum fit tabernaculum
quicumque in hoc saeculo
propter honores et diuitias laborarit,
quod significanter
sub uno uerbo iniquitatis ostenditur:
omnis enim diues aut iniquus aut haeres iniqui est.
Vide homines maria transire,
ante potentum excubare fores,
pati omnia quae seruorum conditio uix patitur,
ut diuitias congregent,
ut aliquam accipient dignitatem et,
postquam hoc fuerint consecuti, tradere se luxuriae
et uoluptatibus et omni iniquitati,
ut quod auaritia congregauit, luxuria consumat.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarius in Abacuc*,
2.3.7 (CCSL 76-76A bis 1, S. Mantelli ed., p.68,
ll.382-392).